

Folium. XXX.

munt. pro parte dictorum Episcopi et cleri fuit nobis humiliter supplicatum. ut providere ipsis super premissis de oportuno remedio dignaremur. Nos igitur vestigijs prefati predecessoris nostri inherentes huiusmodi supplicationibus inclinati discrecioni vestre per apostolica scripta mandam⁹. quaten⁹ vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios constitutiones predictas in civitate dyocesi ac locis circumvicinis huiusmodi auctoritate nostra faciatis inviolabiliter observari. Transgressores ac violatores et contemptores ac sacrilegos predictos. nec non contradictores quoslibet et rebelles. per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. invocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis. Non obstantib⁹ si aliqu⁹ ibi conuictim vel diuisim a sede apostolica sit indultum q⁹ interdicti. suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum Rome apud sanctum Petrum nono Kalendas Februarij pontificatus nri anno secundo.

Confirmatio earundem constitutionum et Sigismundine sacri generalis concilij Basiliensis.

Sacrosancta generalis Synodus Basiliensis in spiritu sancto legitime congregata vniuersalem ecclesiam representans. Dilectis ecclesie filijs Pragen⁹ et Aderzburgen⁹